Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster





· CCC · xxxiij ·

Ihc autem stetit ante psidem et interrogauit eum pses dicens Tues rex iu
deorum dixit illi ihc Tu dicis et cum accusaretur a principibus sacdotum et seni
oribus nichil rndit Tunc dixit illi pylatus Non audis quanta aduersum te
dicunt testimonia Et non rndit ei ad ullum uerbum ita ut mirabatur pses
uehementer Per diem autem sollempnem solebat pses dimittere plebi unum uinc
tum quem uoluisset Habebat autem tunc unum uinctum insignem qui dicebat
barrabas Consertatis ergo illis dixit pylatus Quem uultis dimittam
uobis barraban an ihsum qui dicitur xpc Sciebat enim quod per inuidiam tradidi
sent eum Sedente autem illo pro tribunali misit ad eum uxor eius dicens Ni
chil tibi et iusto illi Multa enim passa sum hodie per somnum propter eum Principes
autem sacerdotum et seniores persuaserunt populis ut peterent barraban ihsum
perderent Respondens autem pses ait illis Quem uultis uobis de duobus
dimittam At illi dixerunt Barraban Dicit illis pylatus Quid ergo faciam
de ihsu qui dicitur xpc Dicunt omnes Crucifigatur Ait illis pses Quid
enim mali fecit At illi magis clamabant Crucifigatur Videns autem py
latus quia nichil proficeret sed magis tumultus fieret accepta aqua lauit
manus coram populo dicens Innocens ego sum a sanguine iusti huius vos videritis
Respondens uniuersus populus dixit Sanguis eius super nos et super filios nostros
Tunc dimisit illis barraban ihsum autem flagellatum tradidit eis ut cruci
figeretur Tunc milites presidis suscipientes ihsum in pretorio congregauerunt ad eum
uniuersam cohortem et exuentes eum clamide circumdederunt ei Et
plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius et harundinem in dextera
eius et genu flexo ante eum illudebant dicentes Aue rex iudeorum et expuentes
eum accipiebant harundinem et percutiebant capud eius Et postquam illuserunt
ei exuerunt eum clamide et induerunt eum uestimentis suis et duxerunt eum
ut crucifigerent Exeuntes autem inuenerunt hominem cyrenen nomine simonem
hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius et uenerunt in locum qui dicitur golgotha